



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CCIV. Bischöfliche Visitations-Taxe für die Pfarren des Brandenburger Domcapitels, am 29. Aug. 1329.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

ministrentur, proviso tamen, quod, cum sepelietus Fridericus exsolverit debitum carnis, id pro ejus anime salute in vigiliis, orationibus et missis fieri debet, quod pro animabus aliorum fraternitatem prenominate ecclesie habentium fieri est consuetum. Profitemur insuper, quod prelibatus Fridericus collationem seu jus patronatus ejusdem altaris habeat ad tempora vite sue et ipsum uni de conventualibus conferet, ipsius de prepositi consilio et assensu. Ipso vero ab hujus vite medio sublato, collatio ad dominum prepositum devolvetur. In hujus rei testimonium etc. Datum Brandenburg, anno domini M. CCC. XXIX. in die beati Blasii episcopi et martyris gloriosi.

Nach dem Originale, was aber an einer Seite sehr beschädigt ist. Das Fehlende ist aus dem Copiarium ergänzt.

CCIV. Bischöfliche Visitationstaxe für die Pfarren des Brandenburger Domcapitels,  
am 29. Aug. 1329.

Lodevicus, dei gratia episcopus ecclesie Brandenburgensis, honorabilibus viris preposito et capitulo nostre ecclesie Brandenburgensis salutem in domino. Ponderatis sollerter redditibus et proventibus vestrarum ecclesiarum in nova civitate Brandenburg, Nowen, Middenwolde, Markowe, Cottzyn, Czachow, Crutzewitz parva, Rettzow, Bornewitz, Garfelitz, Verchefer, Lubas utraque, Plottzyn, Langerwische utraque, Smertzeke, ac diligenti super hoc deliberatione prehabita, taxamus et canonice statuimus, quando nos vel nostri successores singulis annis juxta sacrorum instituta dictarum ecclesiarum vicarios, vulgariter plebanos nuncupatos, visitaverimus vel visitaverint, officio visitationis eis, ut premittitur, impenso, procuracionem ratione hujusmodi visitationis de ecclesia in nova civitate Brandeburch de duodecim fructis, de ecclesia in Nowen de decem fructis, de ecclesia in Middenwolde de octo fructis, de ecclesia in Markowe de sex fructis, de ecclesia in Cottzyn de decem fructis, de ecclesia in Czachow de quatuor fructis, de ecclesia in Crutzewitz de tribus fructis, de ecclesia in Retezo de sex fructis, de ecclesia in Bornewitz de octo fructis, de ecclesia in Garfelitz de sex fructis, de ecclesia in Verchefer de tribus fructis, de ecclesiis utriusque Lubas de sex fructis, de ecclesiis utriusque Langerwische de tribus fructis, de ecclesia in Plottzin de quatuor fructis, de ecclesia in Smertzik de duobus fructis nobis et successoribus nostris de cetero perpetuis temporibus fore perfolvendam. Ut premissa in posterum permaneant indubitanter, ad perpetue rei memoriam presentem literam nostri sigilli appensione fecimus communiri. Datum et actum Seiefer, presentibus Jordano et Johanne, fratribus, militibus, dictis de Neyndorp, et Thiderico, prothonotario nostro, et aliis quam pluribus fide dignis, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXIX<sup>o</sup>. die decollationis sancti Johannis baptiste.

Nach dem Originale.

CCV. Der Bischof Ludwig schenkt der Petri-Capelle vier Hufen im Dorfe Knobloch,  
am 29. Aug. 1329.

In nomine domini. Amen. Ludovicus, dei et apostolice sedis gratia Brandenburgensis ecclesie episcopus, universis etc. salutem in domino ac opera justitie, virtutis preclarissime, in